Universitätsbibliothek Paderborn

Nvclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorvm quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Clericalis Tonsura semper gestanda, & quoties renouanda, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

Visual Library

addiſcant. Cuius etiam in examine poſthac rationem accuratam haberi volumus.

Clericali Tonſurâ inſigniendi, quo tempore, loco & habitu comparere debeant.

XXXII. Ad primam Tonſuram, aut etiam minorum Ordinum aliquem admiſſi feriâ ſextâ matutinâ, horâ octauâ in domo generalis noſtri in Pontificalibus Vicarij adſint Clericali veſtitu induti, capillitio abſciſſo, ſeu decenter cōpoſito, a & ſuperpelliceum atque cereū ſinguli in promptu habentes; qui vbi Clericalem Tonſuram, vel aliquem Ordinum minorum ſuſceperint, ſicut & ſinguli maioribus Ordinibus initiati, b in vertice capitis coronā ſibi radi curent pro vniuſcuiuſque ordinis, gradus ac ſtatus qualitate latam, eamq́ue conſpicuam perpetuò deinde gerant; ac ſecundâ vel tertiâ qualibet hebdomada, atque præcipuis anni feſtiuitatibus faciant renouari; vt hoc antiquiſſimo Eccleſiæ ritu ſignificent, ſe ſuperflua omnia, curasq́ue omnes ſæculares ac terrenas ſollicitudines